

sacramentum dicuntur. Ivo Carnot. ep. 132. Igitur quomvis mei homines essent, & per sacramentum, & per manum, & seriole, & clamorale sedem circumdederunt. Homini autem est aliud ligium, aliud non ligium. Ligium est, quod Regi, aut Imperatori nullo modo debetur. Aymoni continuator l. 7. c. 54. Unde Rex cum magno exercitu Normanniam aggrediens manu fortis cepit, quam Henrico filio Comitis Andegavorum reddidit, & cum pro eadem terra in hominem ligium accepit. Et Alberti. Argentinensis in eodem. Quamvis autem idem Principes Aquilonis ipsam Franciam gravem, & exolium haberent, cum tamen omnes quafque essent Vassalli, nisi ab Imperatore moverentur, cuius essent homines ligi, invadendi eam cum honore occasione nem aliquam non habebant. Quo iure in Clem. Epistolam de re iudic. Rex Sicilie Romane Ecclesiam homo ligus, & vassallus asseruit. Hominum ligum ligantiam dicitur, quia vassallus fidelem adversus omnes, nemine excepto, Robertus Montensis an. 1176. Rex Scotiz pacificus est cum Rege Anglie hoc modo. Fecit hominum, & ligantiam de omni terra sua, ut proprio Domino. Qui lucem asserit Guillel. Neubrigenus l. 2. c. 37. Occurrit ei Rex Scotorum cum universis Regni sui nobilibus, qui omnes in Ecclesia BB. Apostol. Principis, Regi Anglorum, tamquam cipali Domino hominum cum ligantia, id est lolemnicatione standi cum eo, & pro eo contra omnes homines, Rege proprio precipiente, fecerunt. Et Mathias Paris. ad annum 1257. de Henrico III. Rege Anglorum: Galfconiam contulit. Eadardo primogenito suo, tamen sibi retinuit principalem dominium, scilicet ligantiam. Alii fidei alligationem vocant. Anselmus Cantuariensis in Epistola ad Ernulum Priorem Cantuariensem, l. 3. c. 99. Et 91. Si quis exigit ab aliquo monacho Ecclesie vestra sacramentum, aut sui fidei alligationem. Et in Epist. ad Gaudulphum: Nulla minime, nulla promissio, nulla aliquid a religione vestra extorqueat ut hominum, aut posurandum aut fidei alligationem. Hominum ligum maiori demissione, quam non ligum prestat, nimirum hexis genibus, ab inermi, & disincto in hunc modum homini fidei fecit Othocarus Dux Bohemie apud Rodolphum Habspurgium, de quo Albertus Argentinensis in eodem. Rex autem longus, & gracilis statura, valde aequilium habens nasum, indutus grisea rustica tunica, cum alto galero, in communi strata sedens, Othocarum indutum pretiosissime genoflexum more regio

investivit de feudis. Et in summa genum flexio est symbolum adorationis Principum: Corippus de ludibris Justiniani. Ter Guazli iustitia dicitur, ter poplite flexo. Promus adoravit, terram altius adoravit. Singulare privilegio Dux Austria fidei & clientelam apud Imperatorem prebatur equo invecus, & Ducali pileo ornatus, ut est in supra laudato Frederici I. diplomate apud Galspiniatum.

COMMENTARIUM.

In iuramento fidelitatis prestito considerari possunt quoad eius obligationem heredes illius, qui juratur, & successor illius, qui jurat. Quoad primum certum est, iuramentum vinculum non personale, sed reale esse, religionemque iuramenti transitoriam, atque perjurum cum, qui successor negat fidem juratam antecessori, ut post D. Thoma. 2. q. 98. art. 2. ad 4. docent Covar. in c. repulisti 15. de testam. Et in c. quomvis, 1. par. 5. n. 4. de pascis in 6. Suarez de relig. l. 2. r. 4. l. 2. c. 31. n. 12. Azot. 1. p. iustit. moral. l. 11. c. 8. q. 5. Olueid. ad Decret. l. 2. c. 13. cano. 513. l. 1. X. plures congegit a Barbosa in presenti, Et in c. ult. de foro compet. l. 6. Illust. Ramos in memor. ad Alexand. VII. prop. ult. 5. n. 164. facit quod nisi contrarium probetur, tam nobilitatis, quam hereditas nostris cavere solemus, si pascium 9. ff. de probat. quam exponit Heraldus l. 2. de auctor. rei iud. c. 18. Quoad secundum vero place communi distinctio, quae docet, iuramentum tamquam personale, quoad vim, & vinculum religionis, & reatum perjurii, non transire ad heredes jurantis, quoad vim vero, & obligationem, observandi fidelitatem promissam, transire ad ipsos heredes, ut docuerunt ultra supra relatam Rosalem. de feudis, c. 6. cano. 31. n. 2. & post Curium Seniore conf. 265. n. 5. Alexander Raudensis conf. 2. n. 23. Et conf. 3. n. 29. l. 1. Elcobar de re iudic. c. 21. n. 11. D. Joan. Baptista Costa ad rubric. de iudic. n. 29. egerit Gregorius Lopez in l. 5. Glesia Sen civis, r. 2. par. 2. Alberti. Gentilis l. 1. de iura belli, c. 23. Carleval. de iudic. l. 1. r. 1. d. 37. n. 390. Noalis de testam. casu 53. per r. Fachinus l. 3. contrav. c. 13. Olea de test. iur. r. 6. n. 23. Unde quamvis in prelati casu Clemens III. specialis gratia remississet Rogerio necessitatem prestandi iuramentum, tamen virtute iuramenti prelati ab antecessore tenebatur servare fidelitatem, ac si jurasset, ut in terminis feudi docetur in c. 1. in fin. princip. que sit prima causa beneficii amittit. c. 1. §. omnes filii, si de feudo defuncti, l. 2. feud. r. 24. c. 26.

CAPUT XV.

a Caeselinus III. Brundusien. Episcopo.

Verum in ea questione, quae propter hoc quinto loco proponitur, an scilicet b sacramenti vinculo absolvantur, qui illud inviti pro e vita, & rebus servandis fecerunt secundum morem nostrae Ecclesiae, profertores, & gregarios, nihil aliud arbitramur, quam quod antecessores nostri Romani Pontifices Zacharias, Gelasius, & Gregorius VII. & Urbanus II. atque alii arbitrati fuisse noscuntur, qui tales a iuramenti nexibus absolventur. Ceterum ut agatur consultius, & ab eis auferatur materia pejerandi, non eis ita expresse dicatur, ut iuramenta non servent, sed si non attenderint ea, non ob hoc sunt tamquam pro e mortali crimine puniendi.

NOTAE.

a Caeselinus. Ita etiam habetur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 6. ubi adduntur illa verba: Pars capituli non ab homine, quibus innuitur in presenti referri partem Epistolae decretalis ipsius Pontificis, quae reperitur in c. canon ab homine de iudicis, ubi praesentem epigrapham exposuit. b Sacramenti. Iuramentum in utroque iure appellari sacramentum iam probavi in c. de feris. c Pro vita et rebus. An sicut metus mortis, ita & amissionis patrimonii inducant metum cadentem in coisitentem vitium, exposuit in c. 1. de his qui tenent. d Gregorius VII. & Urbanus II. Relati in c. alios, e Juratos, l. 5. q. 6. quibus consentiunt textus in c. ad audientiam, de his, que vi, c. si vero, hoc tit. iunctis traditis a Covar. in c. quomvis, 1. p. §. 3. n. 9. Gutierrez conf. 16. in princip. P. Sanchez de quartim. l. 1. disp. 33. n. 51. Et in Decal. l. 3. c. 19. P. Suarez l. 2. de relig. l. 2. c. 41. n. 17. c. 18. & merito hoc observatum semper fuit in Ecclesia; nam cum iuramento metu prestatum detur turpitudine ex parte illud per vim exigentis, potest iudex Ecclesiasticus compellere ipsum creditorem ad relaxandum tale iuramentum, & eo renata, ipse poterit simile iuramentum relaxare, juxta ea quae adduxi in c. 1. hoc tit. ex cuius commentario praesens pendendum est.

15. q. 6. quibus consentiunt textus in c. ad audientiam, de his, que vi, c. si vero, hoc tit. iunctis traditis a Covar. in c. quomvis, 1. p. §. 3. n. 9. Gutierrez conf. 16. in princip. P. Sanchez de quartim. l. 1. disp. 33. n. 51. Et in Decal. l. 3. c. 19. P. Suarez l. 2. de relig. l. 2. c. 41. n. 17. c. 18. & merito hoc observatum semper fuit in Ecclesia; nam cum iuramento metu prestatum detur turpitudine ex parte illud per vim exigentis, potest iudex Ecclesiasticus compellere ipsum creditorem ad relaxandum tale iuramentum, & eo renata, ipse poterit simile iuramentum relaxare, juxta ea quae adduxi in c. 1. hoc tit. ex cuius commentario praesens pendendum est.

CAPUT XVI.

Innocentius III. a Nobilibus viris Henrico, Leonardo, & Marco Mauricem, Civibus Venetis.

Veniens ad praesentiam nostram dilectus filius Andreas Mengun lator praesentium, humili nobis relatione proposuit, quod cum olim fuisset in praesentia dicti filii Nobilis viri N. Ducis Venet. cum pluribus aliis constitutus pro multarum discussionum causarum, accidit ut cum Mauritio Mauricem, alternatim b conyicia confensio certaret. Propter quod cum graves inimicitias incurrisset, & vos, & alius parentes vestri propter hoc fuisset vehementer excitati, quidam qui partis utriusque amatores exiterant, se in medium ingerentes, & turbulentum illum ad pacem studuerunt, & concordiam revocare, suggerentes, & consulentes praedicto A. ut in satisfactionem iniuriarum venturo juraret obedire mandato. Cumque is non credens, se tale quid commississet, propter quod ei grave aliquid impetro deberet, iuramentum illud vobis sub tali confidentia praestitisset, ipsi statim sub iuramento debito praecipitis, quod a fello B. Michaelis proxime praeterito in antea nunquam Curiam dicti Ducis intraret, nisi tunc, cum omnes per edictum ipsius generaliter ad Curiam vocarentur, aut nisi per Nobilem virum Rog. Comitum, & Nicolaum Mauricem, qui absentes esse dicuntur, ipsum contingeret relaxari. Verum quia idem Andreas, qui (sicut asserit) dicti Ducis a consiliis iuramento, & in iure suo multis Ecclesiis quarum est Advocatus, promissio tenetur adesse, nequaquam taliter juravisset, si mandatum illud sibi contrarium praestitisset, praesertim cum animae suae tunc obviam saluti: per Apostolica vobis scripta mandamus, atque praecipimus, quatenus mandatum ipsum pro vestrarum remedio animarum penitus revocetis. Quod si mandatum ipsum aut nolueritis, aut nequiveritis revocare, novertis nos venerabili fratri nostro N. Patriarchae & Graden. mandasse, ut si mandatum illud priori iuramento licite factum repugnat, ipsum auctoritate nostra denunciaret non servandum, Datum apud Civitatem Castellanam iv. Idus Octobris.

NOTAE.

NOTAE.

a Innocentius. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 1. & in epistolis Innocentii III. editis a Guil. Sirleto, fol. 193. ex quo litteram hujus textus restituo. De Venetorum Republica nonnulla notavi in c. scriptum, 53. de elect. b Convictio. Convictio proprie est cum in coetu aliquid dicitur, aut cum vociferatione, pluribus vocibus in unum collatis, quasi conviciis, l. apud 15. §. conviciis, & S. Severum, ff. de iniuriis. Quod autem non in coetu, nec cum vociferatione fit, malefictum dicitur, non vero conviciis. c Obedire mandato. Ut in c. Quintavallis, hoc tit. quia cum ageretur civiliter de crimine, potuit fieri compromissum inter partes, ut iam notavi in c. causa, de in integrum restit. si vero criminaliter in praesenti specie ageretur, quia actio famosa est, l. Atilias, §. fin. ff. de his qui notant, infam. §. Praetor edixit, ff. de iniuriis, compromissum non potest, l. non distinguatur, §. Julianus, ff. de arbitris. d Consiliis. Assistenti Duci Venetorum Consiliiarii sex, singuli, inquam, ex unaquaque urbis regione, in sex etenim regiones universa civitas divisa est. Harum tres sunt circa mare rivum, qui mediam urbem dividit; tres vero ultra. Ex unaquaque igitur urbis regione consiliiarii unus eligitur. Refert Galpar Contarenus l. 2. de Magistr. Venet. circa fin. e Gradens. De quo Patriarcha egi in c. ex litteris 15. de offic. deleg.

COMMENTARIUM.

Cum inter Andream, & Mauricium Mauricem civem Venetos quetela de conviciis invicem factis invenire certaretur, quia a simili controversia lapsa pacto, vel transactione disceditur, l. non solum, §. 1. l. sed si unus, §. si cum ante, ff. de iniur. l. si tibi, §. 1. ff. de pactis, praedicti civis compromissum fecerunt in Henricum, Leonardum, & Marcum Mauricem civem Venetos; iuramento prestito se obtenturos eorum arbitrio: sed cum arbitri nimis acerbe erga unam ex partibus, videlicet Andream, stantissent, illi iniungendo, ut satisfactionis gratia se abstineret a Curia Ducis Venetorum, cui a consiliis erat, ubi pro Ecclesiarum iure defendendo Advocatus aderat; consultus fuit noster Innocentius III. utrum ipse Consiliiarii tenentor stare huic arbitrorum sententiae, cum eorum sententia standum sit, five aequas, five iniquas, l. dicitur 27. §. si stari, ff. de receptis; & iuramentum servandum sit quoties absque dispendio saluti aeternae observari valet, ut saepius in hoc titulo inculcavi. Respondit autem, non teneri parere praedicto arbitrio; quod etiam in simili specie decrevit ipse Innocentius in c. Quintavallis, 23. hoc tit. Quorum decisionum magna ratio est; nam non comprehenduntur in iuramento generali casus de quibus verisimile est, cum qui juravit, non cogitasse, cap. 21. infra, hoc tit. Altesera hic. Sicut etiam in pacto generali non veniant ea, de quibus cogitatum non fuit, ut docetur in l. 7. §. ult. ff. de transact. nec in generali pignore ea comprehenduntur, quae verisimile est debitorum non obligatum, l. obligatio, ff. de pignor. regul. in generali 3. de R. J. l. 6. c. fin. de offi. Vicar. eod. lib. Faciunt tamen ab specie iurisdictioni in l. si libertus 30. ff. de operis libertor. ubi docetur, quod si libertus juravit se tot operas patrono praestitum, quos patronus arbitratus esset, sensibile intelligitur non de qualibet arbitrio, sed de arbitrio tantum boni viri: nec aliter arbitrium patroni raturum esse, quasi si aequum, & iustum sit. Rationem reddit Cellus in illis verbis: Et fere ea mens est personarum arbitrio substituentium, ut quia sperent eam recte arbitratarum, id faciant, non quia vel immodice obligari velint. Et l. ult. in princip. ff. ad municip. ubi imperatores ajunt, se gratiam facere jurisjurando; Deutioni, qui juraverat, se Ordini, five curiae non interiturum, si postea Decurio creatus fuerit; quia cum juraverit se Ordini non interiturum, non cogitavit de casu in quo Daumvir crearetur. Accedit quia neminem praesumimus immodice se velle obligare, l. 5. ff. de dolo: Illustrat Gothofredus in l. quaro, §. 1. l. locati.

CAPUT XVII.

Idem a Magistro Apoll. Clerico venerabilis fratris nostri Archiepisc. Strigom.

Revi Sedem Apostolicam sciscitatus es questione, utrum ille, qui iura alicujus Ecclesiae servare, ac pro posse defendere iuramento tenetur, si necessitate imminente sub debito iuramenti ad hoc fuerit requisitus, & nolens hoc facere, ad Sedem Apostolicam duxerit appellandum, perjurii reatum incurrat. Nos autem quaestioni tuae taliter respondemus, quod in hoc articulo appellatam a perjurio talis appellatio non excusat: imo nisi aliqua difficultas obstitat, propter quam non possit requisitus Ecclesiae subvenire, culpa perjurii potius irretitur. Datum ut supra.

NOTAE.

a Dem. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc

tit. c. 2. & in epistolis Innocentii editis a Cardinale Sirleto, fol. 194. ex quo textum ita transcribo, nec amplius quid observandum in eo inveni.

CAPUT XVIII.

Idem a Illustri Regi b Aragonum.

Quanto personam tuam inter alios Principes Christianos sinceriori charitate diligimus, tanto serenitati Regiae diligentiori sollicitudine volumus praecavere, ne quid ei (quod absit) imminere, quod vel in periculum animae, aut detrimentum terrae valeat redundare. Ex tenore siquidem litterarum tuarum, & plurium Praetorum, necnon & aliorum multorum in tuo regno consistentium nobis innouit, quod cum adversus e inimicos Christianitatis, qui pra magnitudine suae potentiae terram Hispaniae tunc temporis occupabant, in auxilium charissimi in Christo filii nostri Castellae Regis Illustris cum d armatorum multitudine festinaret, quidam Consiliiarii tui, qui imopotius deceptores, tuum animum induxerunt, ut iurares, irrequisito & assensu populi, usque ad certum tempus patris tui conservare monetam, quae tamen circa mortem ipsius fuerat legitimo pondere defraudata. Quoniam autem eadem monetam esse adeo diminuta, & minoris valoris effecta, quod grave propter hoc in populo scandalum generatur: tu quod egeras indifere, discrete cupiens revocare, ac necessitati populi satisficere, ab observatione iuramenti praedicti, ex quo tibi, & regno tuo metuis grave periculum imminere, postulasti suppliciter a nobis f absolvi: super quo diligens indagator veritate comperta potuisset facile intueri, quod non tam erat absolutio necessaria, quam interpretatio requirenda; quoniam cum iuramentum fecisti, monetam aut falsam, aut legitimam esse credebas: si falsam (quod de Regis Serenitate non credimus), monetam aut falsam, aut legitimam esse credebas, & pro eo tibi esset poenitentia iniungenda; cum iuramentum ut esset iniquitatis vinculum, non fuerit institutum. Si vero ipsam legitimam esse credebas, iuramentum licitum fuit, & usquequaque servandum. Ex utroque reprehensibiliter observetur, consilium, & mandamus, ut reprobata monetam, quae a legitimo pondere fuerat diminuta, alia sub nomine b patris tui monetam eaduram, quam ad legitimum pondus reducatur, secundum eum statum, quem tempore patris tui habuit meliorem: ita quod & antiqua monetam, quae ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expendatur: per quod & dispendium vitari poterit, & iuramentum servari. Verumtamen si forte monetam ipsam in praestatione iuramenti credebas a legitimo pondere diminutam, & tu super hoc conscientia te remordet, venerabili fratri nostro Episcopo Caesaraugust. qui super hoc scribimus, tuum humiliter confitere reatum, & satisfactionem, quam indixerit tibi pro illicito iuramento, devote suscipias, & studeas adimplere. Datum Later. Non. Aprilis.

NOTAE.

a Illustri. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 4. & in epistolis editis a Guillelmo Sirleto pag. 178. ex quo codice textum hunc transcripsi. De titulo illustris, Principibus saecularibus a Sede Apostolica Lepus concessio, aliqua notavi in c. novis, de offic. deleg. D. D. Gonzalez, in Decretal. Tom. II.

b Regi Aragonum. D. Petro videlicet II. qui floruit temporibus Innocentii III. & anno 7. Pontificatus ipsius, mense Octobris, ad Romanam Sedem accessit, ut ab eodem P. militare cingulum, & regium acciperet diademam, & honorifice magnoque apparatu Romam exceptus, die 3. in monasterio S. Pancratii solemniter coronatus fuit; & cum accepisset Regalia insignia, iuramento prestito, privilegium illi Innocentius concessit.

bus fabricatas, non inoeta, sed pignoris tantum jure reti-
neri, donec legitima, & iusta pecunia percideretur, & pro
injuria solveretur, ut variis exemplis firmat Pazini, 68. f. 17.
p. 33. Ant. Neuhric, de act. 2. l. 3. Per. Greg. 1. 3. de Rep. c. 6. m. 76.

alia prosequatur de re monetali plures non parum frequen-
tes in foro quatuordecim expositores Præceptores Bajo-Arroyo in
presenti, D. Joseph de Retes ubi sup. & nos Deo auspice da-
bitur in c. cum Canonici & de consue.

CAPUT XIX.

Idem Consulibus, & populo a Tudertina.

Venientes nuper ad Ap. Sed. dil. f. Consules b vestros benigne recepimus, & super iis, quæ ad nos de vobis
sapienter referuntur, & commonere paternè curavimus, & aliquantulum asperè convenire. Cum enim appella-
tionibus interpositis ad Ap. Sed. teneamini humiliter, & devotè deferre, cum & leges etiam faculares post sen-
tentiam beneficium appellacionis non denegent aggravatis: vos id minus, quam vos deceat, attendentes, sententias
& appellacione suspensas executioni mandatis, & gravatis in contemptum Sed. Ap. appellantis. Verum idem Con-
sules nobis ad executionem vestram exponere curaverunt, quod cum aliqui vestrum vocantur ad officium Consulatu-
m, firmant proprio d. juramento, quod super e. mutuis, & f. plegiaris secundum vestrè consuetudinem Civitatis
judicabunt, & infra xviii. dies quod judicaverint, exequentur: unde salvo hujusmodi juramento vos non posse su-
per his appellacionibus deferre dicebant. Quia vero non minus iudices secundum leges, quam Consules vestri se-
cundum consuetudinem Civitatis vestræ judicare g. jurarunt, & ideo sicut iudices contra leges, sic & Consules ves-
tri contra consuetudinem possent subditos aggravare: ne in his etiam videmur deesse gravatis, Univeritati v. per
Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quæ cum approbata consuetudines vestras servari velimus, ap-
pellacionibus ad nos interpositis deferatis humiliter, & devotè: cum prædictum juramentum vos excusare non possit,
in quo debet intelligi jus superioris exceptum. Cum ergo, sicut accepimus, postquam dil. fil. S. lator presentium
ad Sed. Ap. a sententia C. judicis appellavit, sententiam ipsam duxeritis executioni mandandam, in possessionem
rerum, de quibus questio verberatur, appellantis adversarium inducentes, volumus, & mandamus, ut possessionem
eidem S. post interpositam ad nos appellacionem ablatam, ei sine difficultate qualibet restituere procuretis; alioquin
noveritis nos ven. f. n. b. Nucernino Episcopo per A. f. mandasse, ut vos ad id mon. pram. p. cens. ecc. ap. rem
compellat.

NOTÆ.

Tudertina. Tudertum perantiqua Civitas Umbriæ est
prope Thyberim, in ameno colle sita, a Dionysio
l. 1. antiquis, Tiora appellatur, Plinius l. 3. cam refert inter
Romanas colonias: præcis temporibus splendide floruit, sed
ruente Romano Imperio a diversis tyrannis occupata, ruit
quoque, donec sub dominio Ecclesiæ Romanæ, cujus Præsi-
dis tantum prætoratū arbitrium, pace frui cepit: per an-
nos 132. floruit S. Terentianus ejus primus Episcopus, ut re-
fert Ughellius tom. 10. Ital. sac. fol. 239. Eam Civitatem sub
speciali protectione recepit Innocentius his verbis: (Consi-
lulibus, & Populo Tudertino, Sacrosancta Romana Ecclesia,
que omnium fidelium mater est, & magistra, illos propen-
dium diligere consuevit, quos in devotione, ac fidelitate sua
novit ferventius permanere; & ut liberius possint ab omnium
incursibus manere securi, eos tamquam pia mater protectio-
nis suæ munimine conservare. Ea propter dilecti in Domino
filii devotionem, quam erga nos, & Romanam Ecclesiam
habere noscimini attendentes, vestris quoque precibus incli-
nati, Civitatem Tudertinam, quæ ad jus, & proprietatem
Apost. Sedis pertinere dignoscitur, quæ & nos ad manus
nostras venire volumus retinere, ita quod ei, cui vices no-
stras commiserimus, secundum mandatum nostrum debeatis
integre respondere, sub B. Petri, & nostra protectione sus-
cipimus, & presentis scripte pagina communitimus. Consi-
lulatum autem jurisdictione sua vobis auctoritate Apostolica
Confirmamus: concedentes ut his, qui sunt ipsius jurisdic-
tionis subiecti, liberum sit ad Consules, qui pro tempore
fuerint, legitime appellare, ita tamen quod appellacioni ad
Sedem Apost. interpositæ humiliter deferatur. Consuetudines
quoque antiquas vestras, & rationabiles, & communiter ob-
servatas duximus approbandas, salva in omnibus Apostolica
Sedis auctoritate, pariter & iustitia, & eorum omnimoda li-
bertate. Nulli ergo, &c. nostræ protectionis, cons. &c. conc.
&c.) Quæ verba refert Sirlenus l. 1. ep. Innocentii, pag. 210.
Unde non solum potuit, verum & debuit in presentibus specie
appellari a iudicibus secularibus ad Romanum Pontificem.
b Consulibus vestris. Consulium mentio in diversis Provinciis
Italice, & Gallie obvia est, ut notavit Idem in notis ad
Innocent. l. 16. rescript. ep. 47. & nos jam observavimus in c. 7.
de consue.

h. Nucernino. Nuceria nobilibus Umbriæ Civitas est prope
fluvium Teniam, ut ex Plinio, & Strabone probat Ughel. l. 7.
Italice sac. fol. 116. B. Raynaldo epus Prælati 19. missa fuit
Præsentis causæ cogniti.

COMMENTARIUM.

Cum vigeret mos in Civitate Tudertina, ut qui in ea
Consules creantur, jurarent in causis mutuis, & fi-
dejuracionibus apud se discretis iudicaturis juxta consuetudi-
nem Civitatis, & sententiam a se prolatam exequerentur in-
tra dies 28. eveniebat, ut etiam ab eis fuisset appellatum ad
Romanum Pontificem, plus deferentes juramento, quam ap-
pellacioni, sententiam intra prædictum terminum executioni
mandarent: quod valde improbat Innocentius in præf. quia per
simile iurandum non potuit derogari juri superioris, idest
Romani Pontificis, vel juri publico: quo oppressis appellare
permittitur, Ex qua Innocentii decretali sequens communiter
deducitur disputanda assertio: In quolibet juramento præ-
stito semper intelligitur exceptum jus superioris, Probant
causæ textus in c. cum 16. hoc tit. c. consuetudines de rescript. c. ad nostram,
hoc tit. c. sunt eodem, c. q. de elect. in 2. collat. ibi: Cum te au-
dierimus ante consecrationem tuam juramentum adeo in
damnam Episcopalis juris, & dignitatis Canonici Clari-
mont. Ecclesiæ præstitisse, quod ex eo robur Episcopale vi-
deatur nimium encrari, tu super hoc sicut vir providus,
& discretus, nos consulere voluisti, & huic incommoditati
remedium Apostolicum suppliciter postulasti. Nos igitur
jacturæ tuæ pro nostri officii debito providere volentes,
tue sollicitudini respondemus, quod illicita juramenta in
damnum Episcopatus Claromont. Capitulo præstita a te
nullum tibi impedimentum asserere debeant, & ut super
hoc contra detrahentium objectiones tuas, & præmunitus
existas, nostre abolitionis literas in testimonium tibi du-
cimus indulgentias. Et l. Imperatores, ff. ad municip.
arguenteum probant textus in c. Monacho 20. q. 4. c. pueri, c. m-
lier 22. q. 5. c. manifestum 33. q. 2. c. 1. de re jud. in 5. coll. Illustrat
D. Th. 2. q. 89. art. 9. ad 3. Covar. in c. quatuorvis, l. 1. p. 5. n. 3.
Suarez c. 2. de vel. l. 2. de juram. c. 34. m. 5. & l. 6. de votis q. 5. Sayrus
in Clavi Regia 2. l. 5. c. 5. n. 16. Sanchez in Summa, l. 3. c. 22. cum seq.

3 Consulibus
cradibus
& populo.

6 Dissolvere
dubitandi
ratio.

Idem a Pisano Archiepiscopo.
AD nostram noveris audientiam pervenisse, quod cum I. Pellarum, & G. filius ejus Petro Saccan. usuras non
modicas perolvissent, præstito juramento firmarunt, quod nec per se, nec per alium prædictas usuras repe-
rent, vel apud ecclesiasticum iudicem, seu etiam secularem b super eis deponerent questionem. Cumque creditor
ipse in mortis articulo constitutus, condidit e. testamentum, suis præcepit hereditibus, ut omnibus, qui rationibus
posset probare se dedisse usuras eidem, ipsas eidem restituere procurarent: & prædicti I. & G. usuras reperere
non attemptent, propter hujusmodi juramentum, d heredes prædicti P. eis negligente satisficere de usuris. Ideoque
I. & G. per A. l. m. quat. sub pena excommunicationis publice in Ecclesia proponere factas, vel proponas, ut qui
super hoc noveris veritatem, procedant ad testimonium proferendum; & si per dicta testium, vel alia documenta
tibi legitime constituerit de præmissis, heredes ejusdem P. ut usuras, quas a prædictis I. & G. pater eorum accepit,
restituatur universis, in non. pram. per cens. ec. ap. rem. compellas.

NOTÆ.

Pisano. Ita etiam legitur in 3. collect. sub hoc tit. c. 6. de
hoc Archiepiscopo, & Ecclesia Pisana nonnulla notavit
in c. 9. de arb.
b Sacularem. Causa enim usurarum discipari potest tam
apud ecclesiasticum, quam secularem iudicem; cap. post 11. c.
quarto 18. de usuris, ut usurarum debitis compellatur pœnis,
usurasque restituat: nisi agatur de contracta, dubiteturque;
an usurarius sit, nec ne: tunc enim cum non de facto, sed
de jure queratur, tantum ad iudicem ecclesiasticum hujus
causæ cognitio spectat: quam distinctionem amplectuntur

Balboa in c. 2. de judic. n. 174. & in c. 8. de foro compe. n. 25.
plures congesti a Vela in c. 1. num. 72. de Offic. Ordinarii.
c Testamentum. Quod ex nova Bonifacii constitutione non
sustinetur, nisi præstita cautione de restituendis usuris, c. 2.
in fin. de usuris, l. 6. ubi plures Barbola. Covar. in rubric. de
testam. 3. p. n. 13.
d Heredes. Qui semper tenentur restituere usuras a defun-
cto exactas, c. tua, cap. Michael, ubi latius dicemus, de usur.
re; docent Gutierrez lib. 2. canonie. c. 8. P. Gregor. lib. 3. de
usuris, cap. 5. Quæ ad hujus textus commentarium spectant,
adduxi in cap. 1. cap. debitoras, hoc tit. videndus Castillo de
aliments cap. 67.

CAPUT XXI.

Idem An. a Neapolit. Archiepiscopo.

AD nostram noveris audientiam pervenisse, quod dudum a te quasi per b extorcionem tale fuit præstitum jura-
mentum, quod in omni causa deberes ordinem judicium observare. Verum quoniam secundum traditiones
& canonicas manifesta accusacione non indigent, nec in eis est ordo judicium observandum, qui debet in illis obser-
vare, neque tu quando sub præmissis tenore jurasti, habebas in d mente, ut propterea venire contra canonicas
sanctiones: alioquin non juramentum, sed perjurium potius extitisset, nec esset aliqua ratio servandum; Nos jura-
mentum tuum benignius interpretari volentes, ita quod consonet canonicis institutis, fr. tue auctoritate præfen-
tum intimamus, quod in manifestis, & e. notoriis ratione juramenti præmissi non credimus te teneri servare sub-
stantiam ordinis judicarii, quam in his non servari per omnia, ipsa quoque juris ratio postulat, & requirit: unde
videbitur, nec immerito, fideliter intuenti, de ordine judiciorum procedere, ut in præmissis non per omnia ordo
judicium observetur: quamquam & secundum approbatum intellectum scripturæ divinæ recte possit intelligi, quod
jurasti, ut in omnibus causis ordinem judicium observares; in illis videlicet, in quibus est ordo judicium servan-
dus, sic ergo faciens, & juramenti tenorem servabis, & instituta canonica non omittes. Datum Later. xviii.
Kal. Decembris.

NOTÆ.

NOTE.

Naepolis. Ita etiam habetur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 7. & in epistolis Innocentii III. edita Sir- jeto, pag. 206. Neapolis perchebris Civitas, prius Parthenope dicta fuit, cuius nominis exonym reddiderunt Plinius lib. 3. ibi: Littore autem Neapolis Chalcidensis, & ipsa Par- thenope a Parthenope Syrenis lepulebro; quam Augustus postea Neapolim esse maluit. Ubi recte notavit Salma- sium, quem sequitur eruditus D. Garcia Coronel. in comm. ad Geographiam, folio 56. Augustum maluisse Neapolim ita appel- lari potius quam Parthenopen, non tamen Imperatorem no- men illud Civitati indidisse, siquidem pluribus retro saculis ita appellabatur, Utriusque nominis rationem refert Lucius 4.4. relatus a Philargyrio ad librum quartum Georgii Virgilii verbis: Cumanos incolae a parentibus digressos Parthe- nopen urbem condidisse, dictam a Parthenope Syrena, cuius corpus postquam ob locorum ubertatem, amoenita- temque magis coepit sic, veteris Cumaas, ne Comam incolae desolarent, in illius consilium Parthenopen diruendi. Postea autem pestilencia affectos ex responso Oraculi urbem restituisse, sacraque Parthenopem cum magna religione susce- pisse. Alia de Neapolitana Ecclesia adduximus in c. 2. de consi- lio per extorsionem. Quid juris sit per veram extorsionem, exposuit in c. verum, hoc tit. in presenti autem specie refertur, fuisse quasi extoritur juramentum: quo verbo significatur contra consilium, & desiderium Archiepiscopi praestitum fuisse juramentum, ut notavit Butrius in praef. n. 6. & nos dicemus in c. peccato, 31. hoc tit.

Canonica. Capit. manifesta, c. evidenti, de accusa, cum aliis ibi congeitis. Et juramentum non protrahitur ad ea, de quibus iurans non cogitavit, ut probavi in c. venteni 17. hoc tit. e Notoria. In quibus ordo est ordinem non servare, cap. serventis, de testibus, cap. consulti, de appell. cap. bona, et 2. de iudic. cap. super eo, de test. cogendis, c. cum dilectus, de iurata. canonice, pluribus relatis illustrat Salgado de regno praef. 3. p. c. 14. n. 47. Solorzano in c. 2. l. 2. c. 27. n. 89. Unde in c. cum olim 12. de re iudic. propter notorietatem absentem potuisse be- neficio privati, docuerunt in quibus collect. Barbosa, sed veram huius textus interpretationem jam adduxi in c. 1. de causa possess.

COMMENTARIUM.

Um juris ordo in causis plenariis, & ordinariis servari debeat, iuxta adducta in c. 1. de ordin. cogniti. in summariis vero, & notoriis juris ordo non observatur, sed levato velo, & sine strepitu judiciali procedatur, juramentum a iudice praestitum de observando ordine judiciali adimplendum est in causis plenariis, & manifestis, in quibus iuxta sacros Canones ordo est ordinem non observare, tale juramentum, ut sacris sanctionibus contrarium, non est observandum, ut docet Innocentius in praef. Quae decilio quoad secundam par- tem diffidit redditur ex eo, nam juramentum semper est adimplendum, quoties servari potest sine dampno salutis z- temus, ut probavi in c. 1. de iurata, hoc tit. praeterea quando materia iuramenti licita est, iurisque communis regilis con- fentanea: nam tunc juramentum novam addit obligationem, c. impudicus, c. 2. de iur. iudic. 27. q. 1. unde semper implendum est, ut probant Molina l. 1. de iustitia disp. 271. Suarez c. 2. de iuram. c. 22. n. 3. Sanchez tom. 1. summa, l. 3. c. 9. n. 19. Cum autem juris ordinem servare in omnibus causis, etiam summariis, & notoriis licitum sit, nec ullam peccatum inducat juramen- tum, etiam quoad secundam partem in presenti specie adim- pleri debet. Pro cuius difficultatis solutione, & plena pre- sentis textus interpretatione sciendam est, alium a iure pra-

CAPUT XXII.

Idem Iudici a Galaritan.

EA te credimus discretione vigere, ut intelligas per te ipsum quod onus non remittitur, sed augetur, cum cui- quam improvide solvitur, quod alii ex debito est praestandum. Sane ven. f. n. Archiepiscopus b Turillitanus per suas nobis litteras inveniavit, quod cum ante non nostro nomine juramentum fidelitatis, sicut a nobis in man- datis acceperat, exegisset, illud exhibere in ejus manibus distulisti, asserens quod ven. f. n. Pisanus Archiepiscopus, salvo Apoli. Sedis honore, hujusmodi praestiterat juramentum. Cum igitur nobis, & Ecclesiae Romanae fidelitatem facere tenentis, sicut tua etiam providentia cognoscit, si praestitum juramentum ei, quod a te nobis tanquam de- bitum est praestandum, contrarium repotes, illud illicitum judicabis, & illicito non obstante, quod licite, imo ex debito petitur, exhibebis, vel si praestitum praestando contrarium non extitit, illud sine difficultate praestabis. Mo- nemus igitur c nobilitatem tuam, & exhortamur attentius, & per A. f. m. atque p. quae, omni excolatione & occa- sione cels. in manibus ejusdem Archiepiscopi fidelitatis nobis & Ecclesiae Rom. exhibeas juramentum.

NOTE.

Calaritan. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 8. Calaris nobilis Sardiniae Civitas una cum regno. Illo fuit sub ditione Ecclesiae post varios dominos, quos experia est: sed Saracenis eam invadentibus, & possidentibus, Pisanis, ac Genueis simul eos ececerant, pacto prius inter eos Republicas inito, ut Regnum Sardiniae ad Pisanos spe- ctaret, Genueis vero omnia insulae, & bona Saracenorum

scriptum esse ordinem servandum in causis, quae plene discu- tiuntur: alium in causis summariis. Plenarium iudicium est, in quo plene est profecto de aliqua re disceptatur, l. iudex, g. ibi: Plena inquisitione discutere, C. de iudic. cap. cum super, ibi: Tam substitutionis, quam electionis causa plenus agitata, & causa possess. Et prop. iudicium summarium datur, ubi leviter, & breviter causa examinatur, l. a. D. Pro 15. 9. Juratum, ff. de re iud. Prosequitur Menochius l. 1. de arbitrio, g. 18. Maranta de ordin. iudic. 4. par. dist. 9. Hothomannus lib. 2. observ. c. 2. Donellus l. 24. comment. cap. 7. ubi Observat. lib. 2. Deinde sciendum est, esse certum causarum genus, in quarum cognitione iuris ordo non observatur, veluti cause beneficiales, matrimoniales, & ul- rariae, Clem. 2. de iudic. Clement. sept. de V. S. docuerunt Angu- sanus l. 2. de leg. cap. 19. nu. 14. Vega in c. exhibita, de iudic. Etiam iuris ordo non observatur in causis a Principe delegatis cum clausula, Sine strepitu & figura iudicii: tunc enim omnia iure positivo solemnitas introducta remittitur, & summariis, ac de plano proceditur. Maranta d. dist. 9. ex nu. 2. Vantius de nullis, tit. ex defectu process. n. 53. His etiam adjoinedis est illis, quibus iuris ordo non observatur, videlicet in factis notoriis, ut in casibus relatis in cap. bona 23. vers. perro, de elec. cap. cum sit, p. ult. cap. praetera 13. cum sequenti, c. cum specialis 61. §. parro, de appell. cap. 3. de testibus legend. cap. tua 8. de cobabit. cleric. cap. de lit. 3. de eo qui cognovit consanguin. c. 2. de consanguin. Et alio. cap. evidenti, de accusa. late expli- cant Decianus tom. 1. tr. crimin. l. 2. c. 21. n. 8. Farinac. tom. 2. praes. g. 10. n. 60. Scaccia de appell. g. 17. n. 4. Salgado de process. 3. p. c. 17. n. 41. qui utiliter explicat conditiones notorii, ut agnoscat, quando iuris solemnitas relaxanda sit. Quibus ita suppositis ratio, propter quam in presenti specie iura- mentum praestitum de observando ordine iudicario non va- let, ea est, quia debitum juramentum interpretandum est iuxta iuris dispositionem, unde cum iudicariis ordo alius receptus sit in causis plenariis, alius in summariis, & notoriis, juramentum a iudice in diffinito praestitum de observando ordine judiciali sic accipiendum est, ut observetur ille, qui iuxta peculiarem causam naturam a iure praecipitur est: & cum in notoriis, nec iuris ordo, nec solemnitas at- tendantur, sed sola notoria allegatio sufficit, ex supra tradi- tis, merito in presenti specie ex juramento generaliter praes- tito non adijciuntur nova forma iudicii.

Qua doctrina tenent dubium nascitur, utrum eadem inter- pretatio iuramenti adhibenda esset, si in presenti specie iudex verbis expressis iuraret, etiam in causis notoriis se ple- niorem iudiciorum ordinem observaturum. Dubitanti ratio est, quia etiam in notoriis potest, si vult iudex ordinem ple- narium observare, d. c. bona 23. de elec. licet etiam in causis summariis potest plenarie cognoscere: quia eius arbitrio re- linquitur, etiam sententibus paribus, summariis, vel plene- rie procedere, d. Clem. 2. de iudic. Sed adhuc contraria senten- tia placeat, videlicet inefficax esse iuramentum a iudice praes- titum de observando praesente ordine iudicario in notoriis cau- sis, ut defendit Sanchez l. 3. summa, §. 9. c. 2. nu. 10. tale enim juramentum tenet in praedictum tertio, ideoque non est ob- servandum, iuxta textum in c. cum contingat 28. hoc tit. c. quantumvis de passis l. 6. Suarez d. l. 2. de iuram. c. 27. n. 5. Unde etiam subdito iuramento non licet iudici plenarie procedere in causis notoriis, nisi circa factum ipsum, & ad videlicet notorium sit, necne, dubium emergat, aut magnam praedictum controversia inferatur, si summariis procedatur, quo casu accipiendi sunt text. in d. c. bona 23. vers. licet autem; nam cum ibi agatur de confirmanda electione, sine consultatione Archiepiscopi, ar- dua, & gravis causa erat, meritoque testes recepti fuerunt super crimine notorio Praefati, & etiam postulantur: textus etiam in dist. Clement. 2. in vers. Valens, iuxta eundem sensum accipiendus est, itaque iuxta sugge- rente causa, etiam in causis summariis potest iudex plenarie procedere.

lucifacere, ut refert Magnoldus lib. de tit. Philip. Austriae Regis Cathol. tit. de regno Sardiniae, fol. 19. ibi: Quia capta inter 15 eos ita pacto convenit, ut prae Genueis, insula Pi- sanis cederet. Ex tunc Pisanis, regnum illud in quatuor partes dividerunt, tot iudicibus constituit. Hi sunt Turren- sis, Arborensis, Calaritanus, vel Calaritanus, & Callauren- sis, de quibus Gregorius VII. lib. 1. ep. 29. & Innocentius ipse l. 1. ep. 56. & Mathaeus Paris. in Historia III. ad annum 1231. 19. Iglo quoque anno dum in Italia Dominus Imperator hys

met, reddite sunt ei opulentissime insula in mari Me- diterraneo sita, & Civitati Pisane proxime, scilicet Sar- deniam pars maxima, & portissima, cuius insulae jus ad pa- trimonium B. Petri specialiter pertinere perhibetur. Et paulo post: Erit enim insulorum refugium, naufragorum so- latium, prostragum asylum, Insula Sardiniae quatuor Prin- cipibus, quos iudices vocant, gubernatur. Praecipua ta- men erit iudex, seu Capitaneus Calaritanus, ut refert Dio- nyfius Bonfanti in histor. 33. Sardiniae, c. 1. unde ipse iuramen- tum fidelitatis praestabit pro se, & aliis iudicibus; & quia Pisani, tam in spiritualibus quoad jus Primatiz, quam in temporalibus quoad regimena sibi parere insulam illam asse-

rebant, juramentum fidelitatis exegerunt a iudice Calaritano, ut constat ex c. fidelitatis, de praescrip. Innocentius vero in pre- senti praedictum iudicem, & in d. c. fidelitatis, Archiepiscopus Pisanum reprehendit similis excessus, & monet hujusmodi iura- mentum praestandum esse Rom. Pontifici. Alia de Ecclesia Calaritana notandi in c. fin. de postul. Pralat. b Turillitanus, Turris est antiqua Civitas Sardiniae, dicta Turris Livisonis, de qua Plinius l. 4. c. 7. ait: Colonia autem una ad Turrim Livisonis. Plura de ea Bonfanti. ubi sup. cap. ult. fol. 579. c Nobilitatem. Erat enim iudex hic Calaritanus Marchio Malse, ut refertur in d. si diligenti.

CAPUT XXIII.

Idem a Alarino Episcopo.

Quintavallis Vicarius nostris avertis, quod cum olim filia tua cum Giburga, & Venetia filiabus Joannis Bertii, ad verba, & etiam ad verbera devenissent, idem Quintavallis pro offensa, quam filia illius aliis irrogaverat, satisfacere cupiens, de consilio b conviciorum mulieribus illis, & consanguineis suis praes- titit juramentum, ut pro ipsa offensa earum mandato pareret: quae ab ipso juramento recepto, tale illi sub debito iuramenti dedere mandatum, quod si quando filii, vel filiae, aut uxor illius aliquid factum, vel verbum contume- liosum mulieribus illis obiceret, idem Quintavallis & filios suo c heredaret, & filias, & a se propriam re- moveret uxorem. Quocirca f. r. per A. f. m. quat. inquirat de praemissis diligentius veritatem; & si rem noveris ita esse, cum licitum fuerit juramentum, sed mandatum illicitum, praedicti filibus Joannis Bertii, ut revocent man- datum illius injungas; alioquin praedictum Quintavallis, ad mandati observationem illius, auctoritate nostra suffultus denuncies d non teneri.

NOTE.

Alarino. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 9. de Ecclesia Alarino nonnulla notavi in c. 1. de ordin. cogniti. b Conviciorum. Plerumque enim inter vicinos non nisi rixae, & discordiae aguntur; unde miratur Castidorus l. 2. ep. 16. his verbis: Juvat nos referre, quemadmodum in ter- rano deputacione Gothorum, Romanorumque possessionem iudicaverit, & animos: nam cum se homines soleant de vi-

ciutate collidere, istis praedictum communio causam non sicut praestitit concordiae. c Esheredaret. Cum certe sint, & a iure statuta exheredationis causae, ultra quas non licet parentibus filios exheredare; eas post alios refert Acacius de privit. praesent. privit. 14. cap. 14. d Non teneri. Ex traditis in cap. venientes 19. hoc tit. Cum ad hunc textum diffusam, & perdoctam scripserit repetitionem Praeceptor D. P. Bajo-Arroyo, ideo in ejus commentario supersedeo.

CAPUT XXIV.

Idem Archiepiscopo a Tarracon.

Tu nos duxit fraternitas consulendum, quid tibi sit super hoc articulo faciendam, videlicet quod B. de Bello- loco, & Agnes uxor ejus olim ad invicem juraverunt, se nunquam nuovo b petituros; idem vero nunc re- perit illam instantem, illa in contrarium asserente, quod prius se faceret Saracenam, & perderet animam suam, quam rediret ad eam, fed adulterium, qui adhaesit postquam recessit ab eo, libenter dimitteret, & castitatem pro- mitteret, & iuraret. Nos igitur f. r. super hoc respondentem, tibi per A. f. m. quat. utrumque ad continentiam ser- vandam moneas attentius, & inducas: quam si promittere voluerint, & servare, utrumque dimittas sine alio com- morari. Alioquin si vir noluerit continere, praedictam uxorem ipsius, ut reveratur ad ipsum, & tanquam uxor cum viro moretur, per excommunicationis sententiam ap. rem, compellas, cum & temerarium fuerit hujusmodi iura- mentum, & adulterium sit utrumque commissum.

NOTE.

Tarraconen. Tarraco Civitas Hispaniae Citerioris est Archiepiscopalis, antiquissima Thule flavio irrigata, & maritima, in cujus latere insular peninsula porrecta, vulgo Tarragona dicta, olim clarissima Romanorum colonia, & totius Hispaniae Citerioris Metropolis: ex qua illius pars Tar- raconenfis Hispania dicta est, & omnium illius urbium illu- stris conventus. Nunc modica, sed probe manita, forma quadrata: media inter Barchinonem, & Dertothosam, utrinque duodecim millibus passuum Hispan. distans. Eius originem jam a praefatis temporibus, quibus Tubal Hispanias perlustra- vit, repetit Annas Viterbiensis de antiquo Regno Hispan. ubi de Tubali agens ait: Hinc praecipuum studium fuit graecae, & armenta, atque jumenta inducere. Tum quia Hispania hae cum maxime parit: tum praecipue, quia eadem mor- talibus ad elum, victum, & regumentum, & alia necessa- ria erant: tum vel maxime, quia etiam inter primas di- vitiarum & delicias ea tempestate posita erant. Hujusmodi

studium Aramaei Thara-Coam vocant, idest Pastorum con- gregationem, ut tam Hieronymus, quam Thalmudites ex- ponunt. Hinc Tubali Tarraconum manus indidit cogni- tum, a quo non dubium est, Tarraconem dictam, sicut colonis suis Sagis. Alia plura congerunt de ipsa Tarraconensi Provincia Florian. Ocampo l. 1. hist. Hispan. c. 4. Nonius in sua Hispan. c. 81. Ponsleart. histor. Tarrac. c. 2. Beat. l. 1. c. 4. Paid. lib. 1. cap. 9. Salazar in Martrol. die 21. Ja- nuarii; & 22. & 23. Martii, Ant. Aug. dial. 2. & 7. & nos in c. 1. de his que vi. b Petituros. Divortio facto, ut ex antiqua decretali Inno- centii III. probat Cujacius hic, & ita fuit juramentum praes- titum de non redeundo ad conjugium, quod repugnabat sub- stantiae matrimonii, c. 1. 27. q. 2. & etiam bono prodis, c. omnes itaque, ead. q. Si autem jurasset castitatem perpetuo servare, juramentum sustineretur: sed quia non gratia continentiae ser- vande conjuges in praesenti juramentum praestiterunt, ideo non observatur, ut jam notavit Sanchez, & Caldas Pereyra, quos refert & sequitur Barbosa in presenti, n. 2.

CAPUT XXV.

Idem a Januensi Archiepiscopo.

Quemadmodum si vir mulieri jurasset, quando contraxit cum illa, quod eam semper pro legitima teneret uxore, ipse quidem pro fornicatione, quam mulier antea commiserat, non posset illam dimittere, sed pro fornicatione, quam postea perpetraret, eam dimittere posset, non obstante hujusmodi b juramento: quoniam in eo- talis erat subintelligenda conditio, si videlicet illa in lege conjugii non peccaverit: ita si quis juravit se ducendum aliquam in uxorem, ipse prolego non potest ei fornicationem opponere & praecedentem, sed subsequenter si peccet opponere, ut illam non ducat in conjugem: quoniam in illo juramento talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa contra regulam deponationis non venerit. Alioquin si post hujusmodi juramentum publica meretrici fieret, teneretur cum ducere in uxorem, quod est profus absurdum. Nam si post contractum conjugium vir propter fornicationem licite posset uxorem a sua cohabitatione dimittere, longe fortius ante conjugium celebratum, pro- pter eandem causam sponsus licite posset in suam cohabitationem non admittere sponsam, quia turpius eiecitur quam